



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 98. Melitensium ad Leucadem infelix expeditio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

sub ritu, ut vocant, semiduplici recitare valeant; idem quoque indultum Papa pro die obitus Beati Francisci Borgiæ ad Jesuitas, & pro festo S. Raymundi ad Fratres Discalceatos B. Mariæ de Mercede eodem anno extendit.

Sæc. XVII.
A.C. 1625.

§. XCVIII.

*Melitenſium ad Leucadem infelix
expeditio.*

Recens adhuc erat memoria jacturæ, qua Ordo Teutonicus amiserat conhusiam, munitissimam arcem, quam Gustavus Adolphus Sueciæ Rex fusis in Livonia Polonis Mense Aprili occupaverat: acerbiori autem dolore, Melitenses Equites infaustæ ad Leucadem expeditionis successum deplorabant; quamvis enim urbem non sine cruento atque ad sex horas protracto certamine occuparint, eam tamen incendere compulsi sunt: inde vero cum quinque trimibus reversi, in Turcarum Piratas inciderunt, quibuscum infausto prælio decertantes, e suis navibus duas amiserunt, tres vero plane conquassatas, & inutiles Melitam reduxere, cæsis Equitum non paucis, ipsoque Architalasso præter centum quadraginta milites, quos etiam Turcæ captivos abduxerunt: Sive ea militum sive Ductorum culpa

Theatr. Europ. p. 886.

Sæc. XVII. culpa fuerit, semper cum magno Ordine
 A. C. 1625. nis, vinci a Turcis haud assueti dedecore
 core conjuncta credebatur.

§. XCIX.

*Principum aliorumque Illustrum
 obitus.*

Newill. hist. d' Holl. t. I. p. 301. l. 4. Theatr. Europ. p. 898. Brachel. hist. lib. 2. Lotich. Germ. rer. p. 445. Præter Jacobum I. Angliæ Regem hoc
 item anno Mauritius Arauionensis
 Princeps Hagæ comitum die vigesima
 tertia Aprilis anno ætatis suæ quinquagesimo octavo decessit, mærore exinde
 concepto, quod omnes ejus conatus, quos ad Bredam obsidione liberandam, & frangendam Spinolæ fortitudinem impenderat, in irritum cadere cognosceret. Princeps erat suo ævo militaris scientiæ laude ac gloria longe celebratissimus, magnanimus, ac prudens, nec minus liberalis in pauperes, quibus plusquam quingentâ florenorum millia testamenti tabulis reliquerat, sique ab hoc Principe cæcus in sectam suam affectus, & intemperans in Catholicam Religionem, ejusque cultores odium abfuisse, vix de ipso dici posset, quod severam mereretur censuram. Sunt scilicet magnorum corporum maghæ etiam umbræ. Verum vix poterat hic Princeps in nova secta educatus, atque a molestis Prædicantium